Ubi *Munachus* subdistinguere, & *Tiphcha* non anteriorem in Metro conjugere, ommes novimus, & tamen ob : *Scheva* suffici itidem in :: transfirat.

#### §. 13. *Accentus Versus Decalogici X. simplex.*

In Exodo.

כִּי שְׁתְּהִימִּשׁ עָשָׂר יְהֹוָה אֱתָה חֶמְשִׁים וְאֶחָד עֶשֶׂר  
אֶחָד עֶשֶׂר וְאֶחָד לְאַשְׁר בָּם יְנַח בְּיוֹם הַשְׁבֵיעַ עַל־כֵּן  
בְּרוּ יְהֹוָה אֶת־יְמֵינֶךָ דְּשֵׁבֶת וּקְרָשָׁהוּ:

Simplex est accentuatio, quia *Silluk* & *Akhnach*, qui omnibus vocibus suis dant accentus, & Versus & Precepto præsent, ut *Silluk parvus* & *præceptum* & *versus* terminet, *Akhnach* quoque utrumque mediet.

§. 14. Priores tres voces eodem sensu, licet non eodem vultu, comparent etiam Exod. 31. 17. tonorum collisione aliter sublatā h. m. כִּי־צְבָתָה יְמִינָה MS. tamen in priore loco ita legit: כִּי־צְבָתָה יְמִינָה כִּי־שְׁשָׁת יְמִינָה prout ad posteriorem nota *Masoretica* hac habet:

סְנִיא h.e. libri aliis legunt כִּי Exod. 31. 17, cum *Posik munachus*, quod *Rebbies* aliis in tercia voce præcedit.

§. 15. De 2 vocis מִנְיָם moremus dubium, parumque abeat,

est, nisi Codicem auditoris nobis obstatet, quia in locum ejus sub-  
stitueremus τὸν ἀριθμόν moti accentibus parallelis Exod. 31. 17. ubi hi con-  
spiciuntur :

**כִּי־צְבָתָה יְמִינָה עַשְׂרָה וְדוֹרוֹת אֶחָד־חֲמֵשִׁים וְאֶחָד־חֲמֵשִׁים**  
Ubi sanè iisdem vocibus, eademque distinctionum proportione, va-  
ces duæ, vel tres priores, cœu hexæmerum continentes, rectissimè  
contradistinguuntur ipsiis rebus in hexæmero creatis, per Dominum  
Creatorem, mediante maiore subdivinatio Refia, qui Sakephkaroni  
major est; ita quid nî & hoc loco eadema sensus partitio per æquales  
accentus effet :

**כִּי־צְבָתָה יְמִינָה עַשְׂרָה וְדוֹרוֹת אֶחָד־חֲמֵשִׁים וְאֶחָד־חֲמֵשִׁים**  
Quæ enim est proportio n. vocis ad : vocis חָמֵשָׁה, ea quo-  
que erit τὸν ἀριθμόν τοῦ μηδεὶς ad : vocis חָמֵשָׁה. alias manente τῷ be-  
xæmero non nisi Creatori, non item creaturæ, minus rectè contra-  
distinguitur. Quis autem tanta ignorantia effet, ut diceres, iudicem  
literū, vocalibū, syllabis, eodem sensu existentibū, diversam tamen re-  
quisiri accentuationem? Bobilius p. 12.

¶ 16. In MS. notabilis rursus occurrit lectionis varietas, dum  
pro simplicibus accentibus, potissima versūs parte, gemini occurunt  
h. m. כִּי טָשָׁה יְמִינָה עַשְׂרָה אֶחָד־חֲמֵשִׁים וְאֶחָד־חֲמֵשִׁים  
את־חָמֵשָׁה ואת־כָּל־אֲשֶׁר־בָּם וְנִגְהַ בְּיוֹם הַשְׁבָעִי  
דָּבָרְךָ תְּזַהַרְתָּ בְּזַהֲרָה Accensus versus à voce hi erunt:

**Precepti segg.**

Consecratio ubique legibus receptis, & inductione confirmatis, est  
conformis, exceptis trium priorum vocum accentibus, qui planè  
heterogenei sunt, quæ versum, qui hos postulat; ratione pre-  
cepti autem sunt homogenei. Judicent jam Eruditæ, an aliter, quam  
in Impressis locatus Athnaeus versus ad vocem בְּם, non בְּם, הַשְׁבָעִי,  
incongruo stet loco, & consequenter, male introducat geminos ac-  
centus?

In Deuteronomio.

**חִכּוֹרֶת כְּרֻעֵב רְיִית בָּאָרֶץ מִצְרָיִם יוֹתְאֵל יְהֹוָה אֱלֹהֵינוּ**

מִשְׁבֵּת בַּרְתָּה וּבְזֹרֶעֶת נְטוּירָה עַל־כֵּן צָוֵילְוָנָה  
אלְחָזָק לְעַשְׂוָת אֲחָזִים חָשְׁבָת :

Faetra accentus quā Versum, sequetur quā Præceptum.  
חָרְךָ כִּי עַבְרָה חִיְּתָה בָּאָרֶץ מְצֻרָּם וּוֹצְאָךְ יְהוָה  
אלְחָזָק מִשְׁבֵּת בַּרְתָּה וּבְזֹרֶעֶת נְטוּירָה עַל־כֵּן צָוֵילְוָנָה  
אלְחָזָק לְעַשְׂוָת אֲחָזִים חָשְׁבָת :

§. 17. Facilē inde judicare licet, quinam in combinatione accentuum simplices stent pro geminis? In voce עבר maluimus pro Servo et assignare Mercam, ut suprā, quam cum Athia 2. Potest autem - etiam h.l. subdistinctivus esse in II. voce à Domino, quia vocalia serè semper sequenti per servum adhæret, qui jam esset Athnach, hoc modo: כי עבר ווֹצְאָךְ Vox supra קָדָמָנוּ habet loco Metheg extrusi. Schick Reg. 156. m. III. respectu habitu ad 2, unde ratione 2 Metheg manet, falsò in 7 mutatum, in Operे Basileensi & Nisseliano, cum Tipcha planè heterogeneus sit, & non nisi in voce Athnachata Methegi vices subire possit, Meajela tunc audiens. De quo adi Tiberiada Buxtorf. p. 62.

§. 18. In sepius laudato MS. denuò etiam hic occurrit sequens variatio: כי עבר הַיּוֹת בָּאָרֶץ מְצֻרָּם וּוֹצְאָךְ וְתֹהֶה אלְחָזָק: Heic videmus simplicem per totum prīsu hemistichium accentuationem, qua tamē longē diversa est à simplici Versū & Præcepti, quarum utramque ex Impressis §. 17. exhibuiimus.

§. 19. Athnach hic est purus. adeòque tam Versum quam præceptum bipartitur. Nec est, quod hac ratione geminum Athnachum ratione præcepti dari potes, unum, versu præced. in alterum, heic loci. Nam §. ii. diximus, à MS. omisum esse Athnachum ad vocem בָּאָרֶץ ut adeo hic præcepti medietas assignetur, prorsus ut in Exodo, cum Athnacho versus etiam Athnachus præcepti in voce concurrit ante voces עַל־כֵּן, ut hoc loco. Judicio igitur aliorum committimus, an non rectius, & parallelæ accentuationi Exodice convenientius Athnach Præcepti in MSto, quam in Impressis locatus sit?

§. 20. In reliquis pōstis accentuum horum planē regularis  
 est, nisi quod non adeò liqueat ratio, cur Athnach heic ditionem  
 duarum vocum habeat, & tertiaz voci subdistinctivum Majorem  
 imposuerit, cūm in Impressis Minor ibi sit? Pessimum equidem, mo-  
 re Accentuatoribus plerisque recepto, ad *Emphases*, quas nun-  
 quam non crepant, confagere, sed lubenter ab his abstinemus, fassi,  
 rem hoc configio confici non posse, sed ulterioris indaginis esse;  
 qua in re quidem *B. Bohlius Disp. III. §. 25. de Accent. Ministerio*, cir-  
 ca eruendam sedem ταῦτα laudabilem navavit operam, sed non per-  
 fecit, quod incepérat. Nec ab iis, quibus tamen accentuum divi-  
 nissima doctrina, planè exercitata, & restituta putatur, id præsti-  
 tum, qui, ut dictum, nunquam non ditionis duarum vocum memi-  
 nere, nec tamen, quod sciamus, ubi constituenda, & à priori demon-  
 stranda sit istius modi ditio, docuerunt, ut adeò hujus rei non plus  
 noti tūz haurire ex *emphasibus* plerisque possis, quād scientia natu-  
 ralis, ex qualitatibus occultis. Similem locum, ubi propter ditionem  
 duarum vocum, in MS. comparentem, per totum ferē accen-  
 tuatio variat, & ab Impressis omnibus discrepat, nempe *Iosue 24. 14.*  
 exhibuit nuper admodum *Exc. noſter Frischmuthius*, (cujus Viri wo-  
 lūμαθεσύτε promtam benevolentiam, & affectum impensisimum,  
 ut aliás, ita & in adornanda hac Dissertatione compertum, publicè  
 heic predicamus) ad calcem novissime Dissertationis, de *Termino*  
*Adventus Messie contra Abarbanelum*; ubi vide.

§. 21. Silluk purim ut aliás, ita & hīc, rursum & versum & pra-  
 ceptum claudit, suffragante litera Majuscula ו.

## CAPUT IV.

*De*

### PRÆCEPTO QVARTO.

*Accentus Versus Decalogici XI. in Exodo.*

בְּכָר אֶת־אֲבִיךָ וְאֶת־אָמֵךָ לְמַעַן וְאֶרְיכָנָן יְשִׁידָךְ עַזְּזָה  
 הַאֲרָמָה אֲשֶׁר־וּזְעֹזָה אֱלֹהִיךָ גַּוְתָּן לְךָ:

*In Deu.*

In Deuteronomio.

כִּכְרָא אֶחָדָא בַּךְ וְאֶחָדָא בְּךְ כָּאֵתֶר צָהָק יְהוָה אֱלֹהֵיךְ  
לְפָעָן יָאִרְכּוּן וּמִיר תְּלִמְעָן יְוִיתָב לְךָ עֲרָךְ הַאוֹרָמָה אֲשֶׁר  
יְהוָה אֱלֹהֵיךְ נָתַן לְךָ:

§. 1.

**U**trōbique idem Versūs & Præcepti Terminus, utrōbique ergo etiam simplex accentuatio. Nec tamen utrōbique eadem totidem voces & propositiones; Ergo nec utrōbique iudicem totidem accentus. Eadem tamen consecutio.

§. 2. Voces את־אביך ואות־אם ut ut per expressam copulam *Vau* jungantur, & amplius eadem quoque constructione Grammatica vocem כִּכְרָא respiciant, nihilominus contrà *Dictamen*, quod vocant, Grammaticum, per accentum distinguenter dīvalē sunt h.m. *Honora patrem* | & *matrem* || Causam si ex libellis accentuatoriis petete velis, promtè ubi subministrabunt *emphaticam transpositionem termini distinctivi*, quam tamen eodem loco, quo plerasque illorum emphases habemus, & hac in parte restitutam accentuum doctrinam destitui putamus. Observare namque licet, alibi etiam ἀναλόγως hoc fieri, quoties Verbum, à quo utrumque horum nominum copulatorum dependet, immediate præcedit, divelli ea à se invicem, & alterutrum cum verbo jungi, nisi junctis illis fieret collatio sonorum, tunc enim separatur Verbum; vel *Dictamen Logicum* aliud suadeat. Inspiciantur solum *Prov. C. I. v. 2. 6. C. 2. 9. Gen. I. v. 2.* ut plura taceamus. Accedit *Dictamen Logicum*, quod in his verbis objecta honoris distinctione proponit (1) patrem, (2) matrem.

§. 3. Vox עַ non Mahpachum, sed Jethibh habet, subdistingutivum quidem, sed ferè nihil distinguentem, unde & *B. Boblio, Dux misericordia, B. Schikardo, Rex putativus* audit, qualis etiam est *Gen. XLIX. 10.* ubi *Judei* frustra urgent distinctionem, vertentes: *Non recedet scepterum à Judea, nec Legislator de pedibus ipsius in eternum.* Multò minus igitur nobis suspicari licebit, *Judeos* hac sua interpunktione corrupisse textum facrum. Manifestum sphalma est in *Targum Onophris Basil. in Exodo*, ubi ita legimus עַל־אֲרַעַנְיָה sublato per Macaphi tono & accentu vocis עַ in *Deuteronomio* tamen recte: עַנְיָה אֲרַעַנְיָה *Sakeph* namque omni satellitio destitutus *Sakeph Gadol*

*Glossa h. m. נִשְׁתַּחֲוָה לְבָרֵךְ*. MS. neque ; neque , in מִשְׁתַּחֲוָה Exod. 20: exhibit, quorum prius etiam in *Denteronomio* (quod mirum) omissum est, in Codd. quoque impressis. Rationem hujus diversitatis, auctor vestigium saltem, frustra in utraque Malora, tam parva, quam magna, & hac tam interlineari, quam finali , quæsivimus.

§. 4. *Silluk purum* iterum finit Verbum & Præceptum , juxta cum signo discretivo . Hactenus igitur quatuor præcepta vidimus per quatuor signa discretiva discriminata, & in quatuor Sillukos puros terminata. In seqq. quæ posterius longè alia ratio ; ibi enim propter excedentes præcepta versus vice versâ *Silluk impurum* etiam præcepta finit intra versum.

## CAPUT V.

*De*

### PRÆCEPTO QVINTO.

*Accentus versū Decalogici XII. qui est IV. Præceptorum.*

לֹא תַּرְצַח לֹא תַּגְנַב לֹא תַּעֲנַח בְּרֻעַ עַד שְׁקָה :

*Accentus Præcepti V.*

לֹא תַּרְצַח

§. 1.

IN *Denteronomio*, utut non per omnia eadem vocum facies, accentus tamen iidem. Supervacaneum ergo ducimus, eos denuò hic recensere.

§. 2. Quatuor Præcepta, nempe V. VI. VII. IIX. hoc uno contineri versa diximus ideo , quia ter accentuatio præcepti per *Sillukam*, *impurum* equidem , finitur, & quarto demum loco cum ipsa accentuatione versus per *Sillukum purum*. Accentus namque verius per medios hosce *Sillukos* præceptivos sermonem continuantur. *Buxtorfius* in vers. 2.3. 4. 5. 6. Exod. 20. eandem accentuum rationem esse contendit, indeque objicit, quid obster, quod in illis versibus, tandem quam uno modo, etiam diversa & distincta continera possint præcepta? Sed facilis est Responsio per negationem asserti hujus: quod ibi, si eadem accentuum ratio; imò planè est inversa. Ibi enim ante singuli versus *Sillukum* nullus alias datur; heic ter: ibi cum *Silluk*

D

Vers.

Versus semper junctus est accentus continuans praeceptum, hec uita  
versa, tam ſi ſit praecepit iungitur accentus continuans verbum.  
Huius itaque versus est, non, ut vulgo in partitione verbi Deca-  
logicorum fit, quatuor, pro praeceptis totidem. Ex quo errore  
quater appositum est Soph. Pofuk, nis hoc malis in Decalogo fo-  
nium ad ſubiek praeceptis quoque referre. Nati hinc fuit XVI. Versus  
Decalogici, cum non nisi XIII. fuit.

§. 3. Facta in his duabus vocibus combinatione utrorum-  
que accentuum, fitimus hanc eam formam : פְּתַתְּלָהּ וְלֹאֵלֶּה  
Hac ratione vocales vocis posterioris habent suos appropriatos ac-  
centus, sicut et alias inverso plane modo fit; & anfa hac ratione  
præciditur delabendi in errorem, ac si Padiach post Kamez sub ul-  
tima gutturali נ sit Fortissim, quod equidem Drusius sensisse com-  
pertum est, & cum eo Audiorum Suplementi Scholasticani ad Horol.  
R. 12. Drusius namque in libr. de Rect. Leet. L.S.p.m. 51. Aleph latens  
subintelligit, ac si vox scripta esset hanc. פְּתַתְּלָהּ וְלֹאֵלֶּה. Recitè noster  
B. Schokardus in Infandibulo suo p. 33. in Decalogo duplices ac-  
centus, & hinc natas duplices vocales agnoscit. Ut meritò miremur,  
quaç cavillandi libido incesserit Recentiorum nonnullos Schikhardo-  
mystyges, qui hujus erroris illum B. Virom, eruditione ipfis si non  
majorem, certè parem, insinuat, & ejus scripta vel hoc nomine  
exosa redire & traducere nulli dubitant. Imo i dñe, quem B.  
Dr. M. A. Iren in Defensione Horologii dignis exceptis modis, ne  
magis agere ficeret existimationi B. Schokardi, Pistoriam, quem alibi  
Schokardus, tanquam erroris socium, junctum legimus, omisit, ut so-  
lum hunc denidetur præberet.

§. 4. Propositio bac: Non occides, ratione Præcepti integræ  
facta diuisionem diuinan vocam: Unde pro Meroe, tanquam ministro  
Soli, venit opes Miser Tiphetha, cuius respectu n̄ est leniter da-  
gessantur; illius vero, tanquam Tiphetha Ministrorum, raphatum. Quod  
opus in duobus seqq. præceptis denuo non esse supervacaneum  
diciamus.

§. 5. MS. utrobius ita legit: פְּתַתְּלָהּ וְלֹאֵלֶּה omissis Tiphetha  
et Padiach, ut adeo ex memine Accentuatoris & Punctatoris hujus, ſub-  
iek pars & Verbum & Præceptum claudat, totidemve sint versus,  
quæ præcepta. Inde factum, ut & Targum statim subiectum fuerit.  
quod.

quod aliis post singulos versus fieri affoleret. At si due haec voces & Versum & Præceptum absolvunt, quid negotii duplici accentuationis Sufficere poterat hec: **לֹא תִּתְּנַשֵּׁא לְבָנֶךָ**. Targum auctis vocibus auxili quoque accentus, h. m. **הַקְטָול נְפָשָׁת** at in Exodus regulares sunt **לֹא תִּתְּנַשֵּׁא** Opus Basilense in Deut. ad **לֹא תִּתְּנַשֵּׁא** maius recte pro - habet - . n. p. & hic distinguit.

## CAPUT VI. de PRÆCEPTO SEXTO.

### Accentus

Versus: **לֹא תִּתְּנַשֵּׁא לְבָנֶךָ** Præcepti: **לֹא תִּתְּנַשֵּׁא** (Denz. A. 1.)

A Thnachus h. l. est ratione versus medians, & quartus Versus præcepta in singula bina partitur. De accentibus præcepti - & et modo dictum. Tò Kamez sub N non habet collaterale Paishach, quia neuter Accentus brevem admittit vocalem. Sit itaque fides penes Autorem En Israel, ita scribentem: **לֹא תִּתְּנַשֵּׁא לְבָנֶךָ** h.e. In verbis: Non accedes, item, Non mox haberis, sunt duplices accentus & vocales.

S. 2. MS. ut antea: **לֹא תִּתְּנַשֵּׁא** in Denz. 24<sup>o</sup> Targum in Exodus: **לֹא תִּתְּנַשֵּׁא** in Denz. 25<sup>o</sup> in Textu Ebreo iterum - pro -. Silnik & D cursus discernunt Præceptum à sequente. B. Bohlinus, ne scio cujus Codicis virio, vel quā motu ratione, aut auctoritate tò D inter VI. & VII. Præceptum ignorat, dum expressis verbis, duas præcepta sive Diacula dicit. Vid. p. 39. lib. cit.

## CAPUT VII De PRÆCEPTO SEPTIMO.

### Accentus

Versus: **כַּנְגֵּן לְבָנֶךָ** Præcepti: **כַּנְגֵּן לְבָנֶךָ** (Denz. A. 1.)

**B**uxtorffius & Nisselius supra 3 exhibent Paschis, aut Kadme potius, figuram in Deuteronomio, recte tamen omisam in Exodo. Nam cui bono hic accentus? Methes vicarius certè non erit, quia illa vox non est hujus capax.

§. 2. MS. ut antea: לֹא תִגְנַב Deut. וְלֹא in Codice Basili. rursus pro - est; Deut. V. Silluk & וְסָם eadem ratio, quam alias.

## CAPUT IIX.

De

### • PRÆCEPTO OCTAVO.

*Accentus Versus & Præcepti idem.*

(Deut. וְלֹא תִהְעַנֵּר בְּרַעַן עַד שְׁקָר: ) (Deut. וְלֹא §. 1.

**A**ccentus heic simplices sunt, ob eundem & Versus & Præcepti Sillukum, qui Verbum terminat ratione so, h. Pausuk adjuncti; præceptum vero, respectu appositi discretivi signi ס; & quia purum est.

§. 2. MS. in בְּרַעַן ostenditBeth dageslatum, quod item vitiosè in Codicem Nisselianum utrobique irrepsit, cum MS. solum in Exodo id habeat.

*Accentus combinati IV. Præceptorum.*

לֹא תִרְצַח לֹא תִנְאַף לֹא תִגְנַב לֹא תִהְעַנֵּר בְּרַעַן עַד שְׁקָר

§. 3. Haltenus (verba sunt Exc. Dn. D. Varenii p. 32.) olo præcepta rām evidētibus characteribus, (nempe Quinque Silluk puris. tribusve impuris; nec non octo signis Parscharum discretivis) sunt distincte, ut novenarium heic determinare, & adeò præceptum de concupiscendo unum saltēm facuero, sic contrā expressissimum numerum & ordinem, sensu quo evidentius, persuadere velle, olo seu bis quatuor esse novem, & ita βιάζεται τὸν αριθμόν. Et sancte omnino ita videatur, quod accentuum positus longe felicius contra Iudeos & Calvinianos in Præc. 1. urgeri possit, quam in IX. & X. Præcepto; quod animadvertis inter alios Buxtorffius, novenario subinde nos urget, cum ad processum apodicticum B. Bohili non adeò presso respondere posset, nec ejus argumēta, ex singulorum præcepto-

ritus accentibus petitis, tomatis aggredi. Novit sine dubio *Bux-*  
*rorsum ipsa B. Bohlius verba p.39. quæ hæc sunt: De Nono & Decimo*  
*Præcepto res uidetur aliquantulum difficultior.* Sit igitur

## CAPUT IX.

### De PRÆCEPTO NONO.

*Accensus Versus Decalogie XIII. iidem, qui Præceptum.*

¶. 1.  
IN Exodus sunt seqq. ס רָעַת חֲמֹר הַמְּלֵךְ וְאֶתְחָדָה רָעַת ס  
In Deuteronomio iidem: וְאֶתְחָדָה וְרָעַת ס

¶. 2. De Samach, etiam in Exodus, postea. Promti hic sunt Adversarii in objicendo hoc solari pleno, ut vocat eum B. Bohlius, *Canone:* (quo etiam nos alias in Præcepto II & IV. utimur) *Ibi Versus est per sorum simplicis accentuationis, ibi est unum Præceptum.* Cum itaque hic ultimus Decalogi verlus simplici accentu gaudeat, Silluko & Almacho puris existentibus, confessim objicitur Præceptum de Non Concipiendo identitas. Obiter vero hic notandum ducimus, jam ante Aben Esra statem, identitatem hujus præcepti in dubium vocatam, & nostram divisionem propugnatam, ne foli Augustino, tanquam Auctori primo, hæc divulgatio tribui iure possit. Ita enim ipse Aben Esra, postquam identitatem præcepti de non habendo Deo alieno, & Non faciendis sculpiibus ex Nostratum mente stabilitatem ivisset, pergit: רָעַת ס יְהוָה כִּי תְחַווֹד פְּנֵי וְעַדְךָ לְעַד כִּי  
צָבָר קְשִׁיעִי זְהַלְלִי פְּטִיעִי לְבִי תְחַווֹד לְעַד וְלְהַזְקֵס כִּי  
פְּסָט גִּמְלָר פְּעִמִּים לְבִי תְחַווֹד כִּי תְחַווֹד גָּוֹן עַל טָנוֹ לְנָבָיס כִּי  
בְּזָהָר יְהִי זְהַלְלִי תְחַווֹד כִּי תְחַווֹד גָּוֹן אָנוּ בְּלָבָב: b.e. Dixerunt alii,  
quod verba: Non concupisces Domum Proximi tui, constituant Non  
num Præceptum, & verba seqq. Non concupisces uxorem Proximi  
tui &c. Decimum. Ratio autem illorum est, quod gemina vice Deum  
dixerit: Non concupisces; siquidem Concupiscentia bisariam se ba-  
boat. Uno modo, quatenus se opere externo exerit; altero; quatenus  
intra animam residet. Mirum autem non est, Aben Esram, hæc  
sententia rejecta, probationem ejus vocare in seqq. נְבָרֵי כִּי לְבִי be

h.e. figuratio vera, cum ut dictum, alle verba versus 2. c. XX. Exod.  
pro "rum habeat Praecepto, nec concupiscentiam, in actu erum-  
pentem, peccaminolam statuat; præterea etiam Nostrum mense  
minus recte in probatione expressa sit; siquidem communior sen-  
tentia eorum Concupiscentiam actualē quidem in IX. Praecepto  
locat, sed non tam eam, quæ in opere externo, quam quæ in modi-  
bus primis sita est; in X. autem, ipsam Concupiscentiam habitualem,  
vel juxta alios, in utroque Praecepto spectatam in *Acta signata*. Ut  
alidas notum. Sed redimus ad institutum nostrum. Accentus regu-  
lares per nostram divisionem Decalogicam hi requirentur:  
*לְתֵא תְחַפֵּר בֵּית רָעֵךְ* *Tiphcha quoque & Meror priorum vo-*  
cum simplices, pro geminis starent.

S. 3. Alter autem cum unanimi consensu hactenus in omni-  
bus impressis & MSS. Codd. lectum sit, Accentuatores pro nostra  
sententia varia respondent. Quæ ad oris Capita reduci possunt, se-  
questratis iis, quæ de praæxistence oblongari, que adeò necessariò in  
reliquis adhuc dubiis binario præceptorum, item de praæxista signo  
differunt, facta, ut videtur, ~~per~~ sic alio yin<sup>ו</sup>, cum h. l. non  
agatur quibusunque presidiis, ad demonstrandam Præceptorum  
decadentem, quæ suppeditare posset Promessarum Phisologis, sed pra-  
cisè de Infalibilis, ut loquantur, Accensuus Ministerio.

S. 4. Prima ergo Responsio redit huc: Sufficere posse, ne in  
hoc verso duorum Præceptorum, singulo integrum versus membrum  
supponat, nempe Præcepto IX. prius Athnachi; X. vero posterius  
Silluki membrum. Præterquam autem, quod hoc novum admodum,  
& per reliquos verbus decalogi inusitatum sit, ut Præceptum inclu-  
datur parti versus, sine ullo termini præcepti vestigio; non videmus,  
quomodo pertinaci Adversario satisfiat. Posset enim is objicere,  
quidni, ut in hoc verso, singulum præceptum, ita in præcedente, bina  
singula integra versus membro comprehendero licuisse, accentuatione  
existence simplici? (maxime cum ibi argumentum discretum præ-  
cepti longè evidenter sit, quam h.l.) V. & VI. scilicet membro Athna-  
chi, VII. & IIIX. Silluki? Num membra versus vel minora, vel ma-  
jora, variabunt rationem accentuationis, ita ut majora, sive duo sim-  
plici contenta esse possint accentuatione, minora autem, sive qua-  
tuor, non item? cur soli Nonno Præcepto denegabitur Silluki, reliquis  
novem

neven morientur? cur satis ubique decaloga, hic speciissima anima multa? Cur e.g. in primis quinque versibus, ubi unum praeceptum, &c. in decimo certis, ubi quatuor praecepta, nihil hujuscemodi est, sed hinc semper praeceptum clausum?

g. 5. Unde aliam viam ingredientes nonnulli, respondunt (2) Talis Sillakir (qui praecepta discriminaret) vicem, in Decalogo, ex quidem t.l. genere sensu Athnachum, non minus distinguente IX. praeceptum à X. ex aliis 25. locis Scriptura singulari ratione, andito puncto NPOD, finem versus Athnach constitutac in medio versus, noscensib; Malorethia. Sed hoc ipsum est τὸ κερδέσθαι, an Athnach & Sillakir vident gerat, contra fidem Malorum, quæ non nisi 25. loca anno-  
cat; cumque, juxta hos Scriptores, Γενναδίου auctores hac habeat, quis adjicere ὁρθόν τε καὶ λιτόν licet diceret? Tuitius responsum suiser, si hic Athnach reliquis fuitset accensitus, cum silentio Male-  
rum, quæ 25 illa loca nullibi recensuit, adeoque nec hunc rejectit,  
melius se defendere potuissent. Buxorofius equidens suo studio 23  
locis colligit, que tamē inter præsens non est. Præterea, ab Pana-  
etum NPOD (disputamus n. 2), ceteris; nam NPOD hoc sensu nul-  
lum dicit punctum; sed solum sensum absolutum, qualis alias solet  
esse in pausa, cum Soph. Pasik) ab intervallum, quod post istiusmo-  
di Athnachum relinquì solet? ubi genus dicendi ellipticum, quod in  
plerisque locis hisce, à Buxorofio allegatis, obtinet? Quis credat, huic  
Atnacho, qui tantæ anomaliæ, tamē metuenda est, quanti ferè inter  
omnes 25 ceteros nullas, non fuisse apposita ratione Malorethiam;  
stis vero, minoris momenti, adjectam? Ne jam dicamus, posse ad-  
huc multa disputari de hac nota Malorethica Gen. IV. v.g. assignata;  
an illa, cum videatur importare verborum ellipsis, & spatium post se,  
quoniam inter verbas duos alias datur, requirat, possit stare cum  
integritate authentici textus Ebraici? cum sensu Orthodoxis Theo-  
logis recepto? cum genuinis antiquitatib; monumentis? In Athiano  
Codice certè, qui alias αὐτοῖς οὐκ normallis censemur, (quamvis à  
vitis, præsertim quæ accentus, immunitis non sit) frustra haric no-  
ram; frustra intervallum, frustra post Athnachum novum verbum  
quaferis. Adeat, qui potest, Lectiones publicas in h. l. Magnif.  
Dn. D. Musei d. 25. Iunii: hoc anno habitas.

g. 6. Cum itaque nec hæc satis certa, & tantæ rei superstruen-  
dæ idonea videantur, produciuntur (3) alia adhuc responsio. Nempe;

*omissam duplēm hujus versōs accentuationem, (altem quā non nullas prioris hemistichii voces) propterea, quod planū idem accentus, praeceps Silluk in יְהִי & Merca in בְּרִית intermedie futuri, geminandi seu iterandi in singula voce sic: sent, quod rāmen non fieri, alia constet. Sed ne sic quidem nodus solvitur, quin secari videatur. Non geminari eosdem accentus, in propatulo est. Sed an duo diversi accentus, in quibus multum momenti situm est, in gratiam simplicis accentuationis omittantur, exemplo carere, imo exemplo Decalogico contrariari, persuasi sumus. Quidnī enim hanc ob causam etiam in præceptis V. VI. VII. Silluk & Tiphcha in gratiam simplicis accentuationis omisi, maximē cum ibi, ob liquidorem præceptorum diversitatem, sine majori periculo fieri potuisset? Imo, si ne unicus omisus, qui solus accentus simplices turbat, quis id asserere ausit de duobus? Annon Athnach præcepti primi in versās quinti posteriore hemistichio solus cum Silluko versūs præstō est, reliquis omnibus existentibus simplicibus? cur non itidem hīc adesset Silluk & Merca? Cur ibi ob identitatem accentum, quos Silluk & Athnach habent, hic posterior tamen abesse nequivit? hīc verò, ubi solū, quā medium ditionis, accentus iidem sunt, & Silluk & Merca absint? Ne dicamus, *Præceptum primum*, cum appendice *comminationis & promissionis*, absente etiam Athnacho, faciliorem sensus distinctionem admittere, quam *Concupiscentia interdictum* duo distincta *Præcepta*.*

S. 7. Videntes itaque plures horum argumentorum infirmitatem, tenuis confugi ad literam D tanquam signum præceptorum discretivum putare. Non sine ratione enim urgeri hīc litera videtur pro distinctione præceptorum, cùm alia semper duobus præceptis per totum Decalogum interferatur, non agentia versuum præceptorum quantitate; quid nī ergò & hīc dum Nonō & Decimo Præcepto interjecta est, idem præstaret? cur novies præcepta distingueret, decima vice non item? Videntes hoc Adversarii, sitem de ejus presentia movent, ne vim ipsius distinguendi infelicius insiciantur. Objiciunt enim absentiam τὸ δ in Exodo; muniant se auctoritate Majemonis, qui in Hiloboth Sepher Tora accuratè reliquis δ annotatis, hīc nullum agnoscat. Et cum hinc, ut à Theologis ad solum Deuteronomium provocatum fuerit. Ut patet inter alia ex B. nostri Dicentis Instit. Catech. p. m. 227. Buxtorfius verò § 60. Resp. 3. multo firmiore ex Exodo argumentans licet, contendit, ubi vera

vera Decalogi descriptio continetur; à quo rarer abſit, quād ex Decalogo.

§. 8. Qua fronte ergo dicat quis, appositum est in hac Dissertatione etiam rō Exodi verbis? Respondemus, præter id, quod nulla appareat adhuc dum ratio, cur singulis decē Præceptis in Decalogo litera D apposita sit, Exodo vero semel detrahatur, nisi nos auctoritate Codicis laudissimi, quem opera Judæi Arbie, & Censoris Calvino-Reformati Lenudensis (quorum uterque tamen alias hac in parte nobiscum non facit) eruditio orbi exhibuit, non sine fide Masoræ, & antiquitatis suffragio. Vide prolixas hujus Codicis laudes in Prefat. ubi inter alia eō progrediuntur Correctores, ut dicant, posse quem Pentateuchum in usum sacrum ex hoc suo Codice confidenter describere; quod ipsum sanè maximam arguit aīc. & cīcīs, ut adeò Maje monidis auctoritati hanc, forsitan non minorem, opponere audeamus. Accedit nota Masorethica sub sanem Exodi, in laudato Codice, adjecta, ubi numerus literarum D in Exodo dicitur esse 95. qui tamen numerus, si unum D h.l. absit, sibi non constat.

§. 9. Sed hæc w̄s ēr̄ w̄ḡd̄w̄, & non adeò ad institutum nostrum. Nostra mens circa accentus Decalogicos est; nondum esse evidetiam difficultatem objecti ab Adversariis Ennæalogi, nec ex moderna accentuum facie, (quam ex ignorantia & neglegētu accentuum doctrinæ per Variantes Codd. MS. & Impresos multifariam interpolatam putamus) sepositis omnibus aliis subfdiis, & ipsa determinatione divina, evidentē & liquido Decalogum demonstrari posso. Quin tamen genuini olim accentus, in prima sui origine, & aetate, quacunque tandem ea sit, hoc munus distinctivum in singulis decem præceptis, juxta receptam orthodoxis divisionem, (quam residua illa signa discreta D & D kodienum commonstrant) exercuerint, vix dubitamus. Quam facile vero fieri potuit, ut in hoc Præcepto Nono Silluk & Merca exciderint, vel etiam studio omitti fuerint ab iis, quibus identitas horum præceptorum persuasa erat immo necessaria erat horum absentia, in iis Codd. in quibus v.i. Silluk pars statim primum terminabat Præcepnum, ut factum in Codice Erfurtenſi vidimus, & suo zwo obtinuisse Auctoꝝ Lib. En Iſraēl ſuprā testatus est; hac ratione ad evitandum Hendecalogum non potuit non per totum simplex accentuatio in ultimo versu obtinere, quod ed̄ facilius contigit, quia non in omnibus MSS. signa illa D & D expreſſa fuerunt, ut in Erfurtenſi. Nemini hæc peregrina videantur, modò penſaret, accentuum boram pos-

perit & confunduntur; non habuisse, ut Consonas & vocales, spon-  
tē testimoniū Māfara; apud plerosque eorum scientiam perire, quod  
Iudeorū inter se de eora Dialogi diversione, à multis retrō seculis dis-  
cōpūti. Magis itaque ē re literaria forsan esset, ex collatis antiquissi-  
mis, & operumnotis Codicibus, censare vero & genuina confectione  
reficiuntur, quam neglectis hisce, ex incertis liquidè demonstrare  
velle. sed plures prater spem.

## CAPUT X. *De* PRAECEPTO DECIMO.

*Accensus Versus & Praecepti istem.*  
in Exoda.

לֹא־צְדָקָה אֲשֶׁר־דַעַת־בְּנֵי־חִטְמָן וְאֶתְנָזֶר חִטְמָן וְכֹל  
אשר לְרַעַךְ:

In Deuteronomio.

וְלֹא־צְדָקָה בֵית־דַעַת שְׂדוֹת וְעַבְדָות וְאֶתְנָזֶר חִטְמָן  
וְכֹל אשר לְרַעַךְ:

### §. 1.

Accentuatio est simplex ob solitum Versū, qui posterius bim-  
stichium, & siue Praeceptum Decimatione. Idem Dominus, idem Greek-  
icum. Conf. v. n. Nec tamen utroque accentus uidem, quia nec ve-  
ces totidem vel eadem. Codex Nisseli male pro Metheg vocie מִתְהָגָה  
substituit Mercam minori, aut forsan nullo, vitio in שְׂדוֹת pro fer-  
v.

§. 2. Ne parci nimis in hoc capite litteris, modestè examinabi-  
litas duo argumenta, quæ pro certitudine & evidentiā duplice accen-  
tuacionis Decalogis, anquam firmissimam, afferuntur.

§. 3. Primum, est discrepans ratio: Ma'oreth in suppetan-  
dis versibus duorum Parsharum Decalogita. un., nempe Ierbo in  
Exodo, & Vaesbehanan in Deuteronomio. c. XI. 9. Exod. -- c. XXI. c. III.  
v. 23. Deut. -- c. VII. 12. dum in Exodo nostra excedit senario, (reclitus,  
ternario), in Deuteronomio vero septenario (melius, quod ternario) siqui-  
dem Maoreth in Parsha Ierbo non nisi 72 in Vaesbehanan 118. nos  
vero ex nostra partitione vulgarib[us] 78. vel 75. h[ab]it. 125. vel 122. ver[us]

*Suppositionem. Ex quibus concidunt, Maforethas in Decalogi non id  
est 13. versus communis & ordinarios, sed X. merobigne tantum versus  
praeceptivis numeratis; Atque vero ulterius sequi paucum, Maforethas cu-  
tium modo versus in precepta Decalogi diversifice secundum duplicem accen-  
tuacionem, & pari nobiscum ratione I. & II dnm, IX. & X. et Xmas  
praecepta supputando distinctissim.*

¶ 4. Posset quis hic non sine ratione forsan cum Baetorforo,  
Eccl. dubitare; an Versus in XIII. communis, quatenus distincti extant à  
versibus praeceptivis ad Mosis vel Esdra etiam referri possint, fratre in-  
ter alia trito illo: *Quocunq[ue] versus Moses non distinxit, non neg-  
nos distinguimus*; ex quo inferre quis posset; quia hi communes ver-  
sus à Maforethis non distincti sunt, neque Mosen eos distinctissime. Di-  
cas: *Distinctos potuisse omnino jamdum extrare, licet non ut distinctos  
numeratos*. Sed hoc ipsum est, quod probatione indiget. Inutilis e-  
nam opera fuisse Maforetharum, posthabitis versibus, per singula  
Syllabas & Sop[er] P[ro]n[unciatione] distinctis, calculum intre solorum praeceptivorum:  
quid enim opus, decem Praecepta annotare, quæ Deus ipse jam de-  
terminavit, reliquos autem verificulos, in quibus præcepta illa diversis  
terminis continebantur, ita ut præceptum modo verbum, hic vero il-  
lud excederet, posthabere, in quo tamen tota duplicitis accentuationis  
ratio sita est? Sepes Maforethica magis certè necesaria versibus  
communib[us], per quos duplex accentuatio se diffundit, quam præ-  
ceptivis, quos jam dum satis duplex accentuatio distinxit, modo funda-  
mentum in distinctione verbi vulgarium integrum & inconcus-  
sum maneat. Præterea, quid hoc rei est, quod noster calculus Mafo-  
rethicum in *Exodo* ternario solùm; in *Deuteronomio* quaternario ex-  
cedit, cùm tamen versus *Decalogici* communis utrobique sint totidē,  
nampe XIII. vel juxta alios XVI? unde imparitas illa excessus? an  
student illi cum Baetorforo asserere: in *Deuteronomio* unus adhuc ver-  
sus est superfluus, qui alibi latere posset? Ubi vero accentuatio hodierna?  
hoc admittet, illibata servanda? Sed demus haec omnia; quâ conse-  
quentia loquitur, discrepans calcis Maforethica statim infere duplicitem  
accentuationem? At non etiam extra textum authenticum, in versione  
e.g. Vernacula nostra, potest quis methodo careberic ad decem verbi præ-  
ceptivos colligere, utrū aliis in Bibliis vernaculis XIII. vel XVI. suppu-  
tet, nec tamen statim duplex accentuatio? Sufficit distinctio per aliud  
quendam characterem. Sed demus etiam hoc, inferri inde posse dupli-  
cem accentuationem, quâ evidentiâ sequitur, eadem modo primum &

secundum, nonum & decimum, per eos, quos hodie habemus; accentu  
fuisse distincta? Dicant nobis, discrepantibus Codicibus in integris  
ditionibus, & locatione maximorum Dominorum, utra verior, utra  
Masorethica lectio? Minus sanè hæc firma videntur, nec struendis inde  
firmissimis argumentis sufficientia.

§. 5. Alterum argumentum est ipsa demonstratio per præxim accentuacionis à priori. Sed ne jam omnia superius monita hic repeatamus, de dubio vel à quaali sita Distinctiorum accentuum (intermediorum vel subdistinctiorum consecutionem faciles hinc largimur) per plura præcepta, sumamus solum quinque primos versus Decalogia eos. Tenter quis, non inspecto textu, at evolutis omnium Accentuatorum scriptis, ex dictamine Logico suum Attributi in primo precepit; tenet possum Sakephketoni post Sagolam v. i. Tenter v. 10. Exod. in מלְאָכָה situm etiam collati cum præceptivo Paser ejusdem vocis; & magnus nobis erit Apollo, qui ex tripode potius, quam libris haec tenus visis, hæc divinando protulerit.

§. 6. Malumus itaque, si unquam certè nunc, in Examine Accentuationis Decalogicæ cum Cl. Pfeiffero discere à posteriori, quam demonstrare à priori. Ferant à quiori animo, quicunque hæc nimis estimant, & pro evidentissimis & divinissimis venditant, aliorum dissensum; neque enim statim fungi erunt, qui ubi omnium paulisper ad bac adverserint, adhuc hæsitare volunt, dum eos hæsitare jubet antiquæ & genuinæ lectionis incertitudo, & modernæ varietas ac turbatio, ut hinc, ita & alibi, per omnes libros Biblicos obvia. Insufficiens proinde etiamnum fundamentum hermenevticum est, ex accentibus plerorumq; Codd. Impressorum, receptas & orthodoxas interpretationes summorum Virorum, quas reliqua omnia Interpretationis adminicula adprobant, haud raro proscribere, & novas, sspè non sine periculo veritatis, cedere. Dederunt id jamdum probatum nonnulli, dabunt & imposterum alii.

§. 7. Claudimus verbis Cl. Pfeifferi sub finem χειρογρ. sue:  
*Forte cecidi ego; cecidit, qui præivit; cadet, qui nos sequetur. Toleremus invicem.*

DEO GLORIA,  
NOBIS VENIA.

